fideles vero ita macerant et domant q̄ ad comedendū penit⁹ nihil
valet Aug· Carnē vestrā domate ieiunio et abstinētia esce et pot⁹.
ij·Cor·iiij· Semp mortificatōem iesu christi in corpib⁹ vestris cir-
cumferentes Unde beata agatha dixit q̄ntiano ꝯsulari· Nisi diligē
ter feceris corp⁹ meū a carnificib⁹ attrectari· nō pōt aīa mea in pa-
radisum cū gloria martirij introire· Et sic p̄tz quartū ¶ Quinto po
nitur oportunitas et ꝯgruentia ouium ꝯgregandaꝝ in vno ouili
christi· Et h̄ est· Alias oues habeo q̄ nō sunt ex hoc ouili· Que qui
dem oportunitas ex p̄te nr̄a est necessitas· ex p̄te vero dei est con-
gruentia· Ex p̄te em̄ nostra talis ꝯgregatō est oīno nob̄ necessaria
ad salutē· q̄ꝛ eram⁹ ceci· p diuersa pcc̄a dispersi· sub p̄tāte dyaboli re
dacti· penis eternis obligati· et a gaudijs paradisi exclusi· Sed p re
ductionē ad ouile christi fidei lumē accipim⁹· a pcc̄is absoluimur et
ad vnitatē virtutū reducimur· a p̄tāte dyaboli liberamur· penas in
ferni euadim⁹· et ad paradisum reducimur· Hec oīa fiūt in ouili in
ecclesia dei· Math·xvj· Tu es xp̄c fili⁹ dei viui· ecce lumē fidei· Tibi
dabo cla·reg·ce· ecce reductio ad paradisum· Et porte inferi nō pre-
ualebunt adūsus eā· ecce liberatō a p̄tāte dyaboli et a penis inferni
Et q̄dcunq̄ solueris sup terrā solutū erit et in celis· ecce absolutio a
pcc̄is· Et ideo si volum⁹ salui fieri necesse est vt ad ouile christi p ba-
ptismalē dei grām reducamur· Math·vlt· Qui cre·et bap·fu·sal·e·q̄
vero nō cre· ꝯdemna· Ex p̄te vero dei fuit decens et ꝯgruū ꝓpter
sex ¶ Primo ad caritatē dei eximiā demōstrandā· j·Ioh̄·iij· Videte
qualē caritatē dedit nob̄ de⁹ vt filij dei nomiemur et sim⁹· Per ta
lem em̄ reductōem filij dei sum⁹ ¶ Secūdo ad dei potentiā ondēn-
dam que maxime in tali reductōne ostensa fuit vt dicit aug⁹· q̄ꝛ p
quosdā simplices et viles totū mundū diuersa colentē ad vnā fidem
reuocauit· j·Cor·j· Videte vocatōem vestrā fratres· q̄ꝛ nō multi po
tentes nō multi sapientes· ſꝫ que stulta sunt mūdi elegit de⁹· In q̄
di omipotentia demonstrat̄· Quia vt dicit aug· mai⁹ est facere d im
pio piū q̄ȝ creaē deū celū et t̄rā ¶ Tercō ad dei iusticiā cōmēdandā
q̄ꝛ iustū fuit q̄ iudei qui noluerūt christū recipe dispergēnt̄ et ceca-
rent̄· et gētes q̄ ip̄m nō viderūt et tñ in eū crediderūt vnirent̄ ⁊ il
luminarent̄· Ioh̄·ix· In iudiciū ꝯ in hūc mūdū veni vt q̄ nō videt vi
deant· et q̄ videt ceci fiant ¶ Quarto ad dei sapiām c⁹ est ordinare
insinuandā· que ecc̄iam christi de gentib⁹ ꝯgregatā ita bn̄ ordina-
uit et distinxit· Eph̄·iiij· Et ip̄e dedit quosdam quidem apostolos·
quosdā prophetas· quosdam aūt euangelistas· alios v̄o pastores et
doctores ad ꝯsummatōeȝ sanctoꝝ in opus misterij in edificatōem
corpis xp̄i ¶ Quīto ad maiestatē dei laudādā· Nūq̄ȝ em̄ fuit de⁹ ita

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-479/0447
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG